# THE SARUM RITE
## Missale Sarisburiense cum nota.

## Tomus A.
## Fasciculus 1.
Pagine 1-76.

## Proprium de tempore.
## In adventu Domini.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXV.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2015.
Revised October 2020.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2015.

[*1r.*]



*[In nomine sanctissime Trinitatis.]*[1]

# ℂ *Missale ad usum [chori]*[2] *[ecclesie]*[3] *Sarum [Anglicane]*[4] *incipit feliciter.*[5]

*Et primo.*

## *Dominica prima adventus Domini.*

*Ad missam.*

Officium.[6] VIII.

GS:pl. a; 1508:1r; 1513:1r.[7]




001-01.

A-1.

001-02.




[*Deinde*][8] *repetatur officium scilicet* Ad te levávi. *&c. et postea dicatur* Glória Patri. *et* Sicut erat. 88*. *Quo dicto iterum* [*tertio*][9] *repetatur officium ut prius. Et sic fiat per totum annum : tam in dominicis quam in festis sanctorum* [*et in octavis et infra*][10] *cum regimine chori : et in omnibus missis de sancta Maria* [*et de festo loci per totum annum*][11] *: nisi in dominica passionis Domini : et ab hinc usque ad cenam Domini ad missam de temporali tantum : tunc post psalmum repetatur officium sine* Glória Patri. [*et* Sicut erat.][12]

*Sequatur* Kyrieléyson. 17*.

*Non dicatur* Glória in excélsis. [*nec* Ite missa est.][13] *per totum adventum de quocunque dicatur missa* [*oratio* Excita quésumus Dómine poténciam.][14] *Nec a lxx. usque ad vigiliam pasche.*

*His peractis, factoque signaculo crucis in facie sua : vertat se sacerdos ad populum : elevatisque aliquantulum brachiis junctisque manibus, dicat hoc modo,*

US-I:265; 1494, 1489:92r.[15]



*Et chorus respondeat,*



Et cum spí-ri-tu tu- o.

*sub eodem tono.*

*Et iterum revertat se sacerdos ad altare et dicat.*

US-I:265; 1494, 1489:92r.



O-rémus.

*Et quotienscunque dicatur* Dóminus vobíscum. *ad missam semper sub eodem tono dicatur similiter et* Orémus. *nisi in prefationibus, et nisi in missa sponsalium cum fiat benedictio super sponsum et sponsam ante* Pax Dómini. *tunc enim dicatur sic.*

US-I:265; 1513:135r; 1492.[16]



℣. Dómi-nus vo-bíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu-o.



℣. O-rémus.

*et in consimilibus ita determinando,*[17]



Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.

*Respondetur,*



Amen.

¶ *Deinde dicatur sequens*

*Oratio.*

EXcita quésumus Dómine poténtiam tuam et veni : ut ab iminéntibus peccatórum nostrórum perículis te mereámur protegénte éripi : te liberánte salvári. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spiritussáncti Deus. Per ómnia sécula seculórum. [℟.] Amen.

*Iterum dicat sacerdos* Orémus. *ut supra.*

## *Memoria de sancta María.*

*Oratio.* Deus qui de beáte Maríe [semper vírginis útero. *&c.*].[18] *ut infra.* [224].

*Et de quocunque dicitur missa : semper fiat memoria de sancta Maria cum predicta oratione usque ad vigiliam nativitatis Domini. Cum vero fuerit missa de aliquo sancto licet duplex festum fuerit vel missa* Salus pópuli. *tunc fiat memoria de adventu et de sancta Maria.*

¶*Notandum vero quod in omnibus dominicis et* [*in*][19] *festis cum regimine chori per totum annum hoc generaliter observetur : ut ad missam tot dicuntur collecte quot dicebantur ad matutinas, nisi in die natvitatis Domini : ita tamen quod ad missam impar numerus ipsarum collectarum semper custodiatur : nisi in ebdomada nativitatis Domini tantum.*
[*1v.*] *Nam si due vel quattuor orationes habentur : tunc erit tertia vel quinta oratio de omnibus sanctis scilicet* Concéde quésumus omnípotens Deus : ut intercéssio sancte Dei genitrícis. [306]. *per totum annum : tam per adventum quam in paschali tempore.*[20] *Tamen quando in die festo dicitur missa in capitulo : si fuerit de aliquo sancto memoria si habeatur : et etiam memorie de ceteris sanctis ad eandem missam ad placitum dicuntur. Sed si fuerit missa dominicalis in capitulo : tunc ad eandem missam de dominica fiat memoria de Trinitate : relique vero memorie ad magnam missam dicuntur.*[21] *In dominicis* [*diebus*][22] *vero et in festis cum regimine chori a pascha usque ad ascensionem Domini : diebus dominicis contingentibus nulla fiat memoria ad missam de dominica.* [*Nulla fiat memoria de dominica ad illam missam dominicalis, que erit de resurrectione licet memoria fuerint prius dicte : neque ulla memoria fiat de dominica ad missam sanctorum in dominicis dicto tempore contingentium.*][23]

¶ *Preterea in omnibus festis ix. lectionum que in jejuniis quattuor temporum vel in vigiliis seu per totam xl. evenerint nulla fiat memoria de jejunio ad missam de festo.*[24] *Nam post*

*missam de festo missa solennis fiat de jejunio utraque ad principale altare.*

¶ *In ferialibus autem diebus et in festis sine regimine chori* [*infra adventum*],[25] *et a* Dómine ne in ira. *usque ad primam dominicam xl. et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini ad missam quinque dici solent orationes videlicet : prima de die, secunda de sancta Maria* [*oratio* Deus qui de beáte.],[26] [224]. *tertia de omnibus sanctis scilicet* [*oratio*][27] Concéde quésumus omnípotens Deus [ut intercéssio.][28] [306]. *Et dicatur predicta oratio de omnibus sanctis tam per adventum quam in paschali tempore : et etiam generaliter per totum annum, quarta oratio pro universali ecclesia, scilicet* Ecclésie tue Dómine.[29] *&c.* [307]. *quinta pro pace, scilicet* [*oratio*][30] Deus a quo [sancta desidéria].[31] [307].

¶ *In octava* [*vero*][32] *sancti Andree : vel quando dicitur missa* Salus pópuli. *tunc erit secunda oratio de adventu, tertia de sancta Maria, quarta de omnibus sanctis, quinta pro universali ecclesia.*

¶ *Item in feriis et in festis sine regimine chori, et quando dicitur missa* Salus pópuli. *ab octava epiphanie usque ad caput jejunii dicuntur* [*iste*][33] *quinque orationes, quarum prima de die, secunda de sancta Maria scilicet* [*oratio*][34] Deus qui salútis etérne. [237]. *usque ad purificationem. Post purificationem vero dicitur oratio* Concéde nos fámulos [tuos].[35] [248]. *tertia de omnibus sanctis* [*oratio* Concéde quésumus omnípotens Deus ut intercéssio.],[36] [306]. *ut supra, quarta pro universali ecclesia* [*oratio* Ecclésie tue.][37] [307]. *quinta de pace* [*oratio* Deus a quo.][38] [307].

¶ *Feria iiij. in capite jejunii, et in tribus diebus sequentibus ad missam de jejunio dicuntur iste quinque orationes* [*quarum*],[39] *prima de die, ij. pro penitentibus, scilicet* [*oratio*][40] Exáudi quésumus Dómine [súpplicum].[41] [268]. *tertia de sancta Maria, scilicet* [*oratio*][42] Concéde nos. [248]. *quarta de omnibus sanctis, scilicet* [*oratio*][43] Concéde quésumus omnípotens Deus ut sancte. [306]. *quinta pro universali ecclesia, scilicet* Ecclésie tue.[44] [307]. *Nulla dicitur oratio de generalibus usque ad xl.*[45]

¶ *Feria ij. prime ebdomade xl. et ab hinc usque ad cenam Domini : ad missam de jejunio* [*tantum*][46] *dicuntur septem orationes : quarum prima de die, ij. pro penitentibus* [*oratio* Exáudi quésumus Dómine súpplicum.],[47] [268]. *iij. de sancta Maria* [*oratio* Concéde nos fámulos.],[48] [248]. *iiij. de omnibus sanctis* [*oratio* Concéde quésumus omnípotens Deus ut intercéssio.],[49] [306]. *v. pro universali ecclesia* [*oratio* Ecclésie tue.],[50] [307]. *vj. pro pace* [*oratio* Deus a quo.],[51] [307]. *vij. una de generalibus seriatim, scilicet oratio* Pietáte tua. [363]. *vel oratio* Sanctissime Dei genitrícis. [364]. *vel oratio* Omnium sanctórum [tuórum].[52] [365]. *vel oratio* Omnípotens sempitérne Deus qui vivorum.

[366].

◖ *Notandum est quod secundum usum Sarum nunquam dicuntur ultra vij. orationes ad missam : quia Deus in oratione dominicali tantum constituit septem petitiones. In dominicis vero xl. una sola oratio dicitur quod per totam xl. observetur.*

[*2r.*] *In feriis et in festis sine regimine chori : et quando dicitur missa* Salus pópuli. *ab octava pasche usque ad*[53] *ascensionem Domini tres dicuntur orationes tantum, quarum prima de die, ij. de resurrectione scilicet* Deus qui per Unigénitum tuum. 751. *tertia de omnibus sanctis,* [*scilicet oratio* Concéde quésumus omnípotens Deus.][54] [306]. *ut supra. Tamen in dominicis quando de dominica agitur nulla fiat memoria nisi aliquod festum alicujus sancti evenerit tantum. In estate vero quando fit memoria de aliquo sancto in aliquo festo iij. lectionum ut infra octavam vel in festo sancti Sampsonis* [*ubi*][55] *fiat memoria de sancto Panthaleone : et in consimilibus : tunc sit tertia oratio de sancta Maria, quarta de omnibus sanctis : et quinta pro universali ecclesia.*[56] *Item a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini in feriis et in festis iij. lectionum sine regimine chori : et in octavis et infra octavas quando chorus non regitur : quinque dicuntur orationes : quarum prima est de die, secunda de sancta Maria* [*oratio* Concéde nos fámulos.][57] [248]. *: tertia de omnibus sanctis* [*oratio* Concéde quésumus omnípotens Deus.][58] [306]. *: quarta pro statu* [*universali*][59] *ecclesie* [*oratio* Ecclésie tue.][60] [307]. *: et quinta pro pace* [*oratio* Deus a quo.][61] [307].

*In festo* [*sanctorum*][62] *Processi et Martinani, fiat in primis memoria de sancto Svithino, deinde de apostolis : et postea de sancta Maria, et tunc de omnibus sanctis.*[63] *Quando vero dicitur missa* Salus pópuli. [*per estatem*][64] *tunc secunda oratio erit de sancta Maria,*[65] *tertia de omnibus sanctis, quarta pro universali ecclesia, quinta pro pace.*

[*Et hoc modo finiantur orationes ante epsitolam.*

1508:2r.



Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.

*Chorus respondeat sic.*



Amen.

*Et si fuerit plures collecte dicende : iterum dicit sacerdos.*



O-rémus.

*Et tunc omnes orationes que sequuntur sub uno* Per Dóminum. *et sub uno* Orémus. *dicuntur. Ita tamen quod septennarium numerum excedere non debet, secundum usum Sarum : quia Christus cum docuerit* Pater noster. *tantum comprehendit petitiones vij. que necessarie sunt tam corpori quam anime : et etiam de numero impari Deus gaudet : et ideo impares orationes sunt in missis dicende : et nota quod numerus secretarum et postcommunionum semper concordet numero et ordini collectarum.*

*Et semper dum stat sacerdos ad officium misse post eum stet diaconus directe in ipso gradu et subdiaconus gradu simili modo : et quotiens convertit se sacerdos ad populum diaconus se similiter convertat. Subdiaconus vero interim genuflectendo de casula sacerdotis aptanda subministret.*][66]

*Incepta vero ultima oratione ante epistolam* [*casula interim deposita retro magnum altare*][67] *: subdiaconus per medium chori, ad legendum epistolam in pulpitum accedat. Et legatur epistola in pulpito omni die dominica et quandocunque chorus regitur per totum annum : et in die cene, et in vigilie pasche et penthecostes, et in commemoratione animarum.*[68] *In omnibus vero aliis festis et feriis et in vigiliis et in quattuor temporibus extra ebdomadam penthecostes ad gradum chori legatur : tam in xl. quam extra xl.* [*per totum annum.*

1508:2r.



L Ecti- o I-sa-ý- e prophé-te.



I N di- é-bus il-lis : Lo-cú-tus est Dómi-nus ad Achaz



di-cens, Pe-te ti-bi signum a Dómi-no De-o tu-o in pro-



fúndum inférni : si-ve in excélsum supra.

*Item in eodem.*



Nunquid pa-rum vo-bis est mo-léstos esse homí-ni-bus



qui- a mo-lésti estis et De-o me-o.

*Et hoc modo semper finiantur.*



Di-cit Dómi-nus omní-po-tens.

*Vel hoc modo.*



Bu-tí-rum et mel cóme-det : ut sci- at repro-bá-re ma-lum :



et e-lí-ge-re bonum :

*Vel hoc modo.*



In Christo Je-su : Dómi-no nostro.

*Vel hoc modo.*



Per Je-sum Christum : Dómi-num nostrum. ][69]

*Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Romanos. xiij.* [11-14.]

FRatres. Sciéntes quia hora est jam nos de somno súrgere. Nunc enim[70] própior est nostra salus quam cum credídimus. Nox precéssit : dies autem appropinquávit. Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis : sicut in die honéste ambulémus. Non in comessatiónibus et ebrietátibus : non in cubílibus et impudicítiis : non in contentióne et emulatióne. Sed induímini Dóminum Jesum Christum.

*Quando epistola legitur : duo pueri in superpelliciis, facta inclinatione ad altare ante gradum chori : in pulpitum per medium chori ad gradum*[71] *incipiendum se preparent et suum ℣. cantandum*[72] [*et sic incipiatur*].[73]

GS:1; 1508:2v; 1513:2r.[74]

Grad. I.




001-03.

*Chorus idem prosequatur per totum usque ad finem.*[75]







*quod per totum annum observetur ad missam de die : nisi quando a cantore incipiatur, et*[76] *in missis que in capitulo dicuntur : et in processione tantum ubi fit statio* [*et nisi ad vesperas in ebdomadam pasche. Clerici versiculus.*][77]




001-04.







*et finiatur a toto choro videlicet.*




*Post ℣. chorus repetat gradale.*

℄ *Notandum est quod per totum annum repetatur gradale post suum ℣.* [*scilicet*][78] *ad missam de die :* [*tamen*][79] *nisi in festis duplicibus et nisi in quinta et sexta feria ebdomade pasche : et in iiij. temporibus post lectionem ubi gradale habetur post lectionem nec*[80] *quando tractus dicitur*[*vel lectio habetur*].[81] *Repetatur etiam in die nativitatis Domini ad secundam missam, et similiter in commemorationibus scilicet de* [*sancte*][82] *Trinitate, de Spiritu Sancto : et in missa de cruce : et in missa* Salus pópuli. *et* [*in missis*][83] *de pace : et de ceteris commemorationibus : videlicet inter lxx. et pascha tantum : et in missis* [*quotidie*][84] *de sancta Maria ubi non potest haberi sequentia : nec cantus loco sequentie.*

[*Gradale et suus ℣. cantetur in pulpito a duobus pueris in superpelliceis omni die dominica per annum quando de dominica agitur et duplex festum non fuerint : et in festis simplicibus tam iij. quand ix. lectionum in quibus chorus regitur : et etiam in die cene. In die vero animarum a tribus clericis de ij. forma ibidem dicitur habitu non mutato. In festis autem duplicibus a tribus clericis de ij. forma in capis sericis loco predicto servato dicitur. In omnibus festis et feriis et in octavis et infra quando chorus non regitur : gradale ab uno solo puero in superpellicio ad gradum chori incipiatur, et suus ℣. dicitur. In festis vero in quibus Invitatorium a duobus cantatur : et in octavis et infra sine regimine chori dicitur gradale a duobus pueris in superpelliceis ad gradum chori.* Allelúya. *vero a duobus clericis de ij. forma dicatur loco et habitu predictis servatis.*][85] *In missis vero quotidianis de sancta Maria, sufficit quod habeatur cantus loco sequentie : scilicet in capella ejusdem.*

*Dum* ℣. *gradalis canitur : duo de superiori gradu ad* Allelúya. *cantandum, capis sericis se induant* [*in vestimentario*][86] *: et ad pulpitum per medium chori accedant. Dicto vero* ℣. *gradalis pueri iterum incipiant gradale et percantetur a choro, ut supra dictum est.* [*Quandocunque enim dicitur* ℣. *gradalis in pulpito a duobus pueris : tunc dicitur* Allelúya. *ibidem a duobus de superiori gradu in capis sericis nisi infra octavas cum regimine chori : tunc enim dicitur* Allelúya. *a rectoribus chori loco et habitu predictis servatis, duo clerici cantent hoc videlicet.*][87]

*Sequatur.*

GS:1; 1508:3r; 1513:2r.[88]

VIII.




001-05.

*Chorus idem repetat et prosequatur cum neumate* [*sic*].[89]




[*quod per totum annum observetur quando* Allelúya. *habetur nisi quando a cantore incipitur ut in missis que in capitulo dicuntur et in processionibus ubi fit statio.*[90] *Interim vero pueri cantores* ℣. *gradum altaris inclinaturi redeant : in omnibus vero festis duplicis stare debent omnes clerici dum a choro* Allelúya. *cantatur : etiam in die pasche ad vesperas cum tribus diebus sequentibus. Pueri vero semper sunt stantes choro canentes : rectores vero clerici cum duo tantum habentur, sequuntur per omnia regulam clericorum de ij. forma tam ad vesperas quam ad matutinas et missam nisi quod semper dum chorus* Allelúya. *canit : stare tenentur, sequatur* ℣.][91]

*Clerici.*









*Et finiatur a choro [hoc modo]*[92]




[*2v.*] *Deinde clerici incipiant*[93] Allelúya. *sine neumate quod per totum annum observetur quando dicitur sequentia tantum. Quando vero non habetur sequentia tunc dicitur neuma a toto choro post repetitionem* Allelúya.

[*In festis tamen quando dicatur* Allelúya. ℣. Laudáte púeri. *semper dicitur* Allelúya. *a duobus pueris in superpelliceis ad gradum chori. Similiter et secundum loco et habitu predictis : et etiam in sabbato ebdomade pasche. In ceteris festis et feriis per totum annum cantetur* Allelúya. *ab uno solo puero in superpellicio ad gradum chori.*

*Finito* Allelúya. *clerici cantores ad gradum chori inclinaturi redeant deinde ad vestibulum ad capas sericas exuendas exeant.*][94]

*Finito* Allelúya. *sequatur sequentia [hoc modo]*[95]

1508:3r; 1513:2v.[96]

ah53001.







humá-na pe-rí-re secla, per tentántis númi-na. Non lin-
quens excél-sa ad-ís-ti ima, própri- a deménti- a.
Mox tu- a spontá-ne- a grá-ti- a : assúmens humá-na.
Que fú- e-rant pérdi-ta : ómni- a salvásti térre- a. Fe-rens
mundo gáudi- a. Tu á-nimas et córpo-ra. Nostra Chris-
te éxpi- a. Ut possí-de- as lú-ci-da. Nos met ha-bi-
tá-cu-la. Advéntu primo justí-fi-ca. In se-cúndo
nosque lí-be-ra. Ut cum facta lu-ce magna : ju-di-cá-bis
ómni- a. Compti sto-la incorrúpta : nosmet tu- a subse-




[*Nunquam respondeat* Amen. *in fine sequentie cujuscunque fuerit quod per totum annum observetur nisi quando sequentia dicitur pro hymno, tunc semper finiatur cum* Amen.][97]

¶ *Nulla die dominica per annum dicitur sequentia ad missam quando de dominica agitur nisi per adventum et in tempore paschali et in sexta die* [*a*][98] *nativitate Domini. In festis vero* [*ix. lectiones et in festis*][99] *sanctorum quando chorus regitur per totum annum extra lxx. usque ad pascha dicitur sequentia nisi in festis plurimorum confessorum et nisi in festo sancti Michaelis in monte Tumba. A septuagesima vero usque ad cenam Domini in dominicis et in festis ix. lectionum canitur tractus a iiij. clericis de superiori gradu, in cappis sericis rubeis ad gradum chori, nisi in festis purificationis et annunciationis beate Marie.* [*Ita tamen quod omnes illi iiij. clerici simul primum ℣. incipiant quem ℣. duo ex parte chori principalis prosequantur aliis duobus interim sedentibus in extrema parte j. forme et ita singuli ℣. totius tractus ab illis iiij. clericis dicitur choro interim sedente. Ita quod omnes illi iiij. simul ipsum tractum terminent. In iiij. autem feria in capite jejunii et in j. dominica quadragesime et iiij. feria iiij. temporum : et in dominica palmarum : et iiij. feria ebdomadam palmarum : et duo tractus in die parasceves in choro alternis vicibus hinc et inde cantentur modo predicto loco nec habitu mutato.*][100]

*Tamen in prima dominica xl. et in dominica palmarum in choro alternis vicibus hincinde cantatur in fine* Allelúya. *vel sequentie vel tractus.*

*Dyaconus antequam accedat ad evangelium pronunciandum thurificet medium altaris tantum, nunquam enim thurificetur lectrinum*[101] *: neque ad missam : neque ad matutinas ante pronunciationem evangelii.*

*Deinde accipiat textum : scilicet librum evangeliorum : et humilians se ad sacerdotem stantem coram altari : versa facie ad meridiem ita dicat sine nota,*

Jube dómine benedícere.

*Sacerdos respondeat,* Dóminus sit in corde tuo et in ore tuo : ad pronunciándum sanctum evangélium Dei. In nómine Patris. *&c.*

*Si autem sacerdos per semetipsum celebret dicat privatim* Jube Dómine benedícere. *et postea dicat ipsemet,* Dóminus sit in corde meo et in ore meo : ad pronunciándum sanctum Evangélium Dei. In nómine Patris. *&c.*

*[Hoc modo legantur evangelia per totum annum in festis tam ix. lectionum quam iij. lectionum : et etiam in feriis hoc modo.*

1508:4r.




*Sit autem chorus ad ipsum lectorem conversus continue dum evangelium legitur. Ita quod ad* Glória tibi Dómine. *semper convertat se chorus ad altare signo crucis se signans quod ter ad missam observetur publice, similiter ad* Glória in excélsis. *cum dicitur* In glória Dei Patris. *et hic cum dicitur* Glória tibi Dómine. *et post* Sanctus. *cum dicitur* [In nómine Dómini].[102]

*Sequátur Evangélium.*

1508:4r.





Hie-ro-só-lymis et ve-nísset Bethphá-ge ad montem O-li-



vé-ti : tunc mi-sit du- os discí-pu-los di-cens e- is

*Item in eodem.*



O-sánna Fí-li- o Da-vid : be-ne-díctus qui ve-nit : in nó-



mi-ne Dómi-ni.

*Item in alio evangelio.*



Quid turbá-ti estis et co-gi-ta-ti- ónes ascéndunt in corda



vestra.

*Omnis dictio barbara sic finiatur.*



Mícha- el. Gábri- el. Rápha- el. Hie-rú-sa-lem. Isra- el. Sy- on.

*Similiter Greca sic videlicet.*



Adam. Abra-ham. Je-sus. Mó-y-ses. Cephas. Mámmo-na.



Da-vid. Ju-da.

*Item alio evangelio sic.*



Amen amen di-co vo-bis.

*Item in alio evangelio sic.*



Martha Martha sol-lí-ci-ta es.

*Et omnia evangelie per totum annum tam in festis quam in profestis fiantur hoc modo.*



Be- á-ti qui áudi- unt verbum De- i : et custó-di- unt il-lud.

*Cum eodem cantu legatur evangelium in die nativitatis Domini ad secundum missam. In duplicis festis per totum annum legatur hoc modo.*



SEquénti- a sanc ✠ ti e ✠ vangé-li- i : Se-cúndum



Matthé ✠ um. Se-cúndum Mar ✠ cum. Se-cúndum Lu ✠ cam.



Se-cúndum Jo ✠ hánnem. ℟. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne.



IN il-lo témpo-re : Ste-tit Je-sus in mé-di- o



disci-pu-ló-rum su-ó-rum : et dix-it : Pax vo-bis.



Quid turbá-ti estis et co-gi-ta-ti-ónes ascéndunt in corda



vestra :

*Barbare dictiones sic finiantur.*



Hie-rú-sa-lem. Isra-el. Sy-on. Mícha-el.

*Et similia. Similiter et Greca sic.*[103]



Adam. Abra-ham. Je-sus. Da-vid. Ju-da.

*Et similia. Quando due vel tres dictiones monosillabe simul habentur hoc modo legantur tam in epistolis quem in evangeliis per totum annum.*



Hoc est corpus me-um. Et cum hoc dix-ísset : Si quis



dí-li-git me Dómi-ne si fu-ísses hic : Et tu Béthle-em



terra Ju-da.

*Et hoc modo finiantur licet duplex festum fuerit.*




◖ *Et sic*[105] *procedat dyaconus per medium chori : ipsum textum super sinistram manum solenniter gestando ad pulpitum* [*accedat*][106] *thuribulo*[107] *et cereis*[108] *procedentibus. Et si duplex festum fuerit crux proecedat, que quasi a dextris contraria : id est ex opposito erit legentis evangelium : facie crucifixi ad legentem conversa. Quandocunque enim legitur epistola in pulpito ibidem legatur et evangelium. Et cum ad locum legendi pervenerint : textum ipsum subdyaconus accipiat : et a sinistris ipsius dyaconi quasi oppositus ipsum textum dum evangelium legitur teneat ceroferariis dyacono assistentibus : uno a dextris, et reliquo*[109] *a sinistris* [*et*][110] *ad eum conversis : thuribularius vero stet post diaconum ad eum conversus : et semper legatur evangelium versus aquilonem id est boream. Et si episcopus exequatur officium : omnes ministri in choro ad sequentiam cantandam veniant quando sequentia dicitur : preter principalem dyaconum et principalem subdyaconum : et ibi moram faciant dyaconi et subdyaconi in medio chori cum rectoribus chori : donec principalis dyaconus a pulpito post lectum evangelium per chorum redeat.* [*In fine gradale, vel* Allelúya. *vel tractus, vel sequentie, vel prose : chorus ad altare se inclinet antequam ad lectorem* [*3r.*] *evangelii se convertat.*][111] *Cum autem inceperit evangelium post* Dóminus vobíscum. *faciat signum super librum*[112] *: deinde in sua fronte : et postea in pectore cum pollice* [*tantum*].[113]

◖ *Evangelium secundum Matheum. xxj.* [1-9.]

IN illo témpore. Cum appropinquásset Jesus Hierosólymis, et venísset Bethphága ad montem Olivéti : tunc misit[114] duos discípulos dicens eis, Ite in castéllum quod contra vos est : et statim inveniétis ásinam alligátam : et pullum cum ea. Sólvite et addúcite michi. Et si quis vobis áliquid díxerit : dícite, quia Dóminus his opus habet : et conféstim dimíttet eos. Hoc autem totum factum est : ut adimplerétur quod dictum est per prophétam dicéntem, Dícite fílie Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuétus : sedens super ásinam, et pullum fílium subjugális. Eúntes autem discípuli : fecérunt sicut precépit illis Jesus. Et adduxérunt ásinam et pullum : et imposuérunt super eos vestiménta sua : et eum désuper sédere fecérunt. Plúrima autem turba stravérunt vestiménta sua in via. Alii autem

cedébant ramos de arbóribus : et sternébant in via. Turbe autem que precedébant, et que sequebántur : clamábant dicéntes, Osánna Fílio David : benedíctus qui venit in nómine Dómini.

¶ *Lecto evangelio osculetur librum : et accedens subdyaconus statim porrigat ei textum* [*deosculandum a dextris suis*][115] *: quem ipse dyaconus ex directo pectore deferat.* [*In redeundo etiam diaconus textum ad altare ex directo pectore deferat. Si episcopus celebraverit : tunc post* [*evangelium*][116] *principali diaconus comitentur ceteri diaconi et subdiaconi*[117] *processionaliter a choro ad altare. Ita quod bini precedant subdiaconi : deinde principalis subdiaconus in ultimo ordine subdiaconorum uno subdiacono incedente ei a dextris et altero a sinistris. Postea sequantur diaconi simili ordine dispositi : et hoc ipso modo et ordine quo ad introitum misse dum episcopum procedebant.*][118]

*Finito evangelio incipiat sacerdos in medio altaris*

1508:5r; 1513:3r.



Credo in u-num De-um.

*Deinde cantetur a choro* [Patrem omnipoténtem.][119] *non alternatim sed a toto choro*[120] [*sed simul cantando sine aliqua pausatione. Stet autem chorus ad altare conversus ab inceptione* Credo in unum. *quousque chorus ipse cantet et interim in una conversione ad altare ter se inclinet chorus, scilicet cum dicitur hec clausula* Et incarnátus est de Spíritu. *secundo cum dicitur* Et homo factus est. *tertio cum dicitur* Crucifíxus étiam [pro nobis].[121] *et in fine cum dicitur* Et vitam ventúri. *quousque inchoetur offertorium hunc gestum chorus utitur*[122] *in omni festo per annum.*][123]

GS:pl D; 1508:5r; 1513:135r.[124]



PA-trem omni-po-téntem. Factó-rem ce-li et terre



vi-si-bí-li-um ómni-um et invi-si-bí-li-um. Et in


u-num Dómi-num Je-sum Christum Fí- li- um De- i
u-ni-gé-ni- tum : et ex Patre na-tum an-te ómni- a sé-cu- la.
De- um de De- o lumen de lúmi-ne De- um ve-rum de De- o
ve-ro gé-ni-tum non factum consubstanti- á-lem Pa-tri
Per quem ómni- a facta sunt qui propter nos hómi-nes
et propter nostram sa-lú-tem descéndit de ce-lis.
Hic inclinet se chorus cum dicat.
Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-rí- a vírgi-ne :
Iterum inclinet chorus dicat.
et homo factus est.

*Tertio inclinet se chorus cum dicat.*






*Ad finem inclinet se chorus cum dicat.*




*Dum a choro canitur* Credo in unum. *accedat diaconus post lectum evangelium et offerat sacerdoti librum evangeliorum vel textum deosculandum in sinistris ejus.*][125]

¶ *Hec sunt festa in quibus dicendum est* Credo. *secundum usum Sarum. Omnibus dominicis diebus per totum annum ad magnam missam : sive* [*de*][126] *dominica agitur sive non. In missis tamen vigiliarum et sanctorum iij. lectionum* [*sine regimine chori*][127] *et in missis defunctorum que in capitulo in dominicis dicuntur, non dicitur. Sed si*[128] *missa dominicalis in capitulo* [*in dominica*][129] *dicitur tunc dicitur* Credo. *Dicetur etiam* [Credo.][130] *per octo dies nativitatis Domini, pasche et penthecostes, et in omni duplici festo per annum : et in omnibus festis apostolorum et evangelistarum : et in utroque festo sancte crucis : et in festo sancte Marie Magdalene : et in utroque festo sancti Michaelis : et in missa sponsalium. Dicetur etiam ad missam de sancta Maria, quando ad missam de die dicendum est* [*quod*][131] *per totum annum* [*observetur*][132] *: et in* [*die*][133] *festo alicujus sancti in cujus*

*honore dedicatum est* [*aliquid*][134] *altare vel ecclesia* [*est consecratum*][135] *ad altare ejusdem sancti tantum* [*dicitur* Credo. *quodcunque festum fuerit*].[136]

*Post* Credo. *dicat sacerdos* [*conversus ad populum*][137] Dóminus vobíscum. [*chorus* ℟. Et cum [spíritu tuo][138].][139]

*et* [*item sacerdos ad altare dicitur.*][140]

1508:6r; 1513:3r.




GS:2, 33, 51, 152; 1508:6r, 49v, 64v, 116r; 1513:3r.[141]

001-06.




[*Dicto offertorio, sacerdos offerat oblationem sic dicendo* Súscipe Sancta Trínitas. 1152. *qua dicta, reponat calicem et cooperiat eum corporalibus ponatque panem super corporalia*

*decenter*[142] *ante calicem continentem vinum et aquam : et osculetur patenam et ponet eam a dextris super altare sub coporalibus parum cooperiendo. Hoc itaque peracto, accipiat sacerdos thuribulum a diacono : et thurificet sacrificium videlicet ultra ter* [*signum crucis faciens et ter*][143] *in circuitu calicis et ex utraque parte calicis et sacrificii. Deinde locum inter se et altare : et dum thurificaverit dicat* Dírigatur Dómine ad te orátio mea. 1152. *et postea thurificetur ipse sacerdos ab ipso diacono : et subdiaconus deferat ei textum ad deosculandum : deinde accolitus thurificet chorum incipiens a rectoribus chori,*[144] *deinde superiore gradum ex parte cantoris eodem ordine, exinde, iis, formis et is. eodem ordine. Ita quod ipse puer singulos clericos incensando illis inclinet subsequente eo subdiacono*[145] *cum*[146] *textu ab omnibus deosculando.*

*Si episcopus celebraverit et duplex festum fuerit : duo pueri veniant cum thuribulis, et duo subdiaconi cum duobus textibus vel reliquiis. Si episcopus non celebraverit et duplex festum fuerit textum deferat accolitus ex parte cantoris. Primo autem thurificandus est cantor qui stat in medio chori cum ceteris rectoribus chori, scilicet in festis majoribus tantum. Deinde principales rectores chori ex utraque parte enim*[147] *exinde rectores secundaria. Postea chorus more solito. Eodem quoque ordine sequatur textus post* Credo.

[*Quando vero non dicitur* Credo.][148] *dicta oratione* Súscipe Sancta Trínitas. 1152. *et oblatione facta ut prediximus sacerdos*[149] *thurificet sacrificium modo supradicto* [*sed*][150] *chorus non thurificetur.*[151] *Nunquam enim thurificetur chorus ad missam post evangelium nisi quando dicitur* Credo. *sed tunc semper.*][152]

*Isti duo* ℣. [*sequentes*][153] *dicuntur per ebdomadam alternis vicibus quando de feria agitur : et non in die dominica : quod per totum annum observetur quando* ℣. [*aut responsorii*][154] *offertorii habentur.* [*Nunquam enim dicentur* ℣. *offertorii in dominicis diebus : sed in feriis per ebdomadam quando de feria cantatur. Ita tamen quod si duo* ℣. *offertorii fuerit unus versus dicitur cum offertorio in una feria et alius vero in alia feria : et si plures dicuntur misse feriales repetantur si placuerit.*][155]

*Nunquam* [*enim*][156] *dicuntur duo versus cum offertorio in una feria*[157] *: nec dicuntur post offertorium nisi in feriis per adventum : et a lxx. usque ad cenam Domini tantum.*

1508:6v; 1513:3r.

Ver. II.




001-07.




1508:6v; 1513:3r.[158]

001-08.




*Secreta.*

HEc sacra nos Dómine poténti virtúte mundátos : ad suum fáciant purióres veníre princípium. Per Dóminum.

[*Alia secreta de beata Maria.* In mentibus.][159] [235].

*Per totum adventum non dicitur prefatio nisi quotidiana*[160] *quando de temporali agitur.*

GS:2; 1508:7r; 1513:3r.[161]

Comm. I.




001-09.

[*3v.*]

*Postcommunio.*

SUscipiámus[162] Dómine misericórdiam tuam in médio templi tui : et reparatiónis nostre ventúra[163] sollénnia : cóngruis honóribus precedámus. Per Dóminum.

[*Alia postcommunio de beate Maria.* Grátiam tuam. [235].
*Et finiatur missa cum* Benedicámus Dómino.][164] 61*.

[*Sciendum est quod in missa de commemoratione sancti loci ubi ecclesia dedicata est de alio sancto quam de sancta Maria, si festum hujusmodi sancti missam habeat propriam : dicitur tunc in commemoratione ejusdem sancti eadem missa cum sequentia : sed sine* Credo. *verbis tamen nativitatis, solennitatis vel consimilibus, in commemorationem mutatis. In tempore paschali erit secundum* Allelúya. *sicut in festis cum regimine chori ibidem subnotatis.*][165]

# ℭ *Feria ij.*

*Quando de feria agitur : ad missam [de adventu]*[166] *officium.* Ad te levávi. i. *Ps.* Vias tuas. [℣.][167] Glória Patri. *Repetatur officium* Ad te levávi.

*Hoc modo semper dicitur officium ad missam quando chorus [non]*[168] *regitur : nisi infra passionem Domini [et in missis pro defunctis].*[169] *Hec missa dicitur per totam ebdomadam : nisi festum ix. lectionum vel octava sancti Andree intercurrant : et nisi quando dicitur missa* Salus pópuli. *vel aliqua commemoratio sancti loci : vel*[170] *de sancta Maria [et de festo loci]*[171] *facienda fuerit. Et semper cum suo* Allelúya. *dicitur missa dominicalis quod per totum annum observetur quando* Allelúya. *dicitur [caveas*[172] *hic commemoratio quoque beate Marie si propria epistola et evangelium preter illam non fuerint pretermissa : tunc illa si qua dies vacaverit est cantanda. Si vero proprie epistole et evangelie preter illam non fuerint pretermissa tunc illa si qua dies vacaverit cantanda. Si vero proprie epistole et evangelia que in feriis inocculantus frequenter nequeant dici in proxima sequenti si vacaverit perlegantur nec pretermissam*[173] Salus pópuli. *vel* Nos autem. *alicubi per totum annum aliqualiter omittenda.]*[174] *Dicetur etiam* Allelúya. *ad omnem missam de die per annum preterquam a lxx. usque ad vigiliam pasche : et exceptis*[175] *vigiliis extra dominicam et tempus pasche contingentibus : exceptis etiam quattuor temporibus que extra ebdomadam penthecostes contigerint.*

[ ℭ *Et sciendum et quod per totum adventum et a* Dómine ne in ira. *usque ad caput jejunii,*[176] *et ab octava pasche usque ad ascensionem Domini : [et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini]*[177] *singulis ebdomadis semel solet dici* Salus pópuli. *pro magna missa : ita videlicet si vacaverit a festo sanctorum extra octavam cum regimine chori. Et si missa dominicalis in ebdomada cantata fuerit completa : et commemoratio beate Marie et sancti loci et proprie epistole et propria evangelie propter illam non fuerint pretermissa : tunc illa si qua dies vacaverit est cantanda. Quando missa dominicalis in die dominica vel in ij. feria cantata fuerit et iij. feria vacaverit semper dicitur missa* Salus pópuli. *in ipsa iij. feria. Si vero non vacaverit tunc in aliqua feria ipsius ebdomade que ad hoc vacaverit cantetur ut supra dictum est.]*[178]

# ℭ *Feria iiij. [j. hebd. adventus.]*

*Lectio epistole beati Jacobi apostoli. v.* [7-10.]

CHaríssimi. Patiéntes estóte usque ad advéntum Dómini. Ecce enim[179] agrícola expéctat preciósum fructum terre : patiénter ferens donec

accípiat temporáneum et serótinum. Patiéntes ígitur estóte et vos : et confirmáte corda vestra : quóniam advéntus Dómini appropinquábit. Nolíte ingemíscere fratres in altérutrum : ut non judicémini. Ecce enim[180] judex ante jánuam expéctat.[181] Exémplum accípite fratres charíssimi[182] : éxitus mali et longanimitátis[183] et labóris et patiéntie prophétas : qui locúti sunt in nómine Dómini nostri Jesu Christi.[184]

¶ *Initium sancti evangelii secundum Marcum. j.* [1-8.]

PRincípium evangélii Jesu Christi Fílii Dei, sicut scriptum est in Isaía prophéta, Ecce ego mitto ángelum meum ante fáciem tuam qui preparábit viam tuam ante te. Vox clamántis in desérto : paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas ejus. Fuit in desérto Johánnes baptízans et prédicans baptísmum peniténtie : in remissiónem peccatórum. Et egrediebátur ad eum omnis Judée régio : et Hierosolymíte univérsi : et baptizabántur ab illo in Jordánis flúmine confiténtes peccáta sua. Et erat Johánnes véstitus pilis camelórum : et zona pellícea circa lumbos ejus. Et locústas et mel silvéstre edébat : et predicábat dicens, Venit fórtior me post me : cujus non sum dignus procúmbens, sólvere corrígiam calceamentórum ejus. Ego baptizávi vos aqua : ille vero baptizábit vos Spíritu Sancto.

¶ *Si aliquod festum unde fieri debeat servitium in hac quarta feria contigerit : epistola prenotata et evangelium legantur in quinta feria, si vacaverit, sin autem, omnino pretermittantur eo anno* [*quia in vj. feria legantur epistola* Audíte me. *evangelium* Venit Johánnes. *si vacaverit*].[185]

# ¶ *Feria vj.*

*Lectio Isaie prophete. lj.* [1-8.]

HEc dicit Dóminus Deus. Audíte me qui sequímini quod justum est : et quéritis Dóminum. Atténdite ad petram unde excísi estis : et ad cavérnam laci de qua precísi estis. Atténdite ad Abraham patrem vestrum : et ad Saram que péperit vos. Quia unum vocávi eum et benedíxi ei : et multiplicávi eum. Consolábitur ergo Dóminus Syon : et consolábitur omnes ruínas ejus. Et ponet desértum ejus quasi delícias : et solitúdinem ejus [4r.]

quasi ortum Dómini. Gáudium et letícia inveniétur in ea : gratiárum áctio et vox laudis. Atténdite ad me pópule meus : et tribus mea me audíte. Quia lex a me éxiet : et judícium meum in lucem populórum requiéscet. Prope est justus meus : egréssus est salvátor meus : et bráchia mea pópulos judicábunt. Me ínsule expectábunt : et bráchium meum sustinébunt. Leváte óculos vestros in celum : et vidéte sub terra deórsum. Quia celi sicut fumus liquéscent : et terra sicut vestiméntum atterétur : et habitatóres ejus sicut hec interíbunt. Salus autem mea in sempitérnum erit. Et justícia mea non defíciet. Audíte me qui scitis justum : pópulus meus, lex mea in corde eórum. Nolíte timére oppróbrium hóminum : et blasphémias eórum ne metuátis. Sicut enim vestiméntum sic cómedet eos vermis : et sicut lanam sic devorábit eos tínea. Salus autem mea in sempitérnum erit : et justítia mea in generatiónes generatiónum.

*Secundum Matheum. iij.* [1-6.]

IN illo témpore. Venit Johánnes baptísta prédicans in desérto Judée : et dicens, Peniténtiam ágite : appropinquábit enim regnum celórum. Hic est enim de quo dictum est[186] per Isaíam prophétam dicéntem, Vox clamántis in desérto : paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas ejus. Ipse autem Johánnes habébat vestiméntum de pilis camelórum : [et][187] zonam pellíceam circa lumbos suos. Esca autem ejus erat locústa[188] : et mel silvéstre. Tunc exíbat ad eum Hierosólyma et omnis Judéa : et omnis régio circa Jordánem : et baptizabántur ab eo in Jordáne confiténtes peccáta sua.

¶ *Si vero vj. feria non vacaverit : predicta epistola et evangelium omnino pretermittantur : et hoc per totum adventum : et a* Dómine ne in ira. *usque ad quinquagesimam*[189] *: et ab octava pasche usque ad primam dominicam ante ascensionem Domini observetur. A* Deus ómnium. *vero usque ad adventum Domini, si iiij. vel v. feria non vacaverint : tunc in sexta feria legantur epistola*[190] *et evangelium de quarta feria si vacaverit : sinautem,* [*eo anno*][191] *omnino pretermittantur. Nunquam enim legantur epistola*[192] *et evangelium de quarta feria in ij. feria vel in iij. feria neque epistola et evangelium de vj. feria in v. feria.*[193] *Non enim debet servitium anticipari secundum usum Sarum.*

# ℂ *Dominica secunda adventus Domini.*

*Ad missam.*

GS:2; 1508:7r; 1513:4r.[194]




*Repetatur officium scilicet* Pópulus. Glória Patri.

*Oratio.*

EXcita Dómine corda nostra ad preparándas Unigéniti tui vias : ut per ejus advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit et regnat in unitáte. *&c.*

*Ad Romanos. xv.* [4-13.]

FRatres. Quecúmque enim scripta sunt ad nostram doctrínam scripta sunt : ut per patiéntiam et consolatiónem scripturárum spem habeámus. Deus autem patiéntie et solácii, det vobis idípsum sápere in

altérutrum secúndum Jesum Christum : ut unánimes uno ore honorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Jesu Christi. Propter quod suscípite ínvicem, sicut et Christus suscépit vos in honórem Dei. Dico enim Christum Jesum minístrum fuísse circumcisiónis
[*4v.*] propter veritátem Dei : ad confirmándas promissiónes patrum. Gentes autem super misericórdia honoráre Deum : sicut scriptum est, Proptérea confitébor tibi in géntibus Dómine : et nómini tuo cantábo. Et íterum dicit, Letámini gentes cum plebe ejus. Et íterum, Laudáte omnes gentes Dóminum : et magnificáte eum omnes pópuli. Et rursus Isaías ait, Erit radix Jesse : et qui exúrget régere gentes, in eum gentes sperábunt. Deus autem spei : répleat vos omni gáudio et pace in credéndo : ut abundétis in spe : et virtúte Spíritus sancti.

GS:3; 1508:7v; 1513:4v.[195]

002-03.

002-04.





su-per * sa-cri-fí- ci- a.

GS:3; 1508:7v; 1513:4v.[196]

VIII.



AL- le- lú- ya. *



℣. Vir-tú- tes ce- li mo- ve-bún-tur : et tunc vi-



dé-bunt Fí-li- um Hó-mi-nis ve-ni- én-tem in nú-



bi-bus ce-li, cum po-tes- tá- te et ma-jes- tá- te



* mag- na.

1508:7v; 1513:4v.[197]

Seq.
I.




ah53002.

REgnántem sempi-térna per secla susceptú-ra : cón-


ci- o de-vó-ta concépta. Di-ví-no sono, factó-ri reddéndo
dé-bi-ta. Cu- i jú-bi-lant ágmi-na cé-li-ca : e-jus vultu ex-
hi-la-rá- ta. Quem expéctant ómni- a térre- a e-jus nu-tu
ex-ami-nánda. Distríctum ad ju-dí-ci- a. Cleméntem in
po-ténti- a. Tu- a nos salva Christe cleménti- a : propter
quos passus es di-ra. Ad po-li astra súble-va ní-ti-da :
qui sorde tergis sé-cu-la. Influ- at sa-lus ve-ra, effú-gans
pe- rí-cu-la. Omni- a ut sint munda trí-bu- e pa- cí-fi-ca.







¶ *Secundum Lucam. xxj.* [25-33.]

IN illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis, Erunt signa in sole et luna et stellis : et in terris pressúra géntium pre confusióne sónitus maris et flúctuum : arescéntibus homínibus pre timóre et expectatióne que supervénient univérso orbi. Nam virtútes celórum movebúntur. Et tunc vidébunt Fílium hóminis veniéntem in nube cum potestáte magna, et majestáte. His autem fíeri incipiéntibus : respícite et leváte cápita vestra, quóniam appropínquat redémptio vestra. Et dixit illis similitúdinem, Vidéte ficúlneam et omnes arbóres. Cum prodúcunt jam ex se fructum : scitis quóniam prope est estas. Ita et vos cum vidéritis, hec fíeri : scitóte quóniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis : quia non pretéribit generátio hec : donec ómnia fiant. Celum et terra transíbunt : verba autem mea non transíbunt.

GS:3, 7; 1508:8r; 1513:4v.[198]

Offert.
III.







bi- tur in te, osténde no- bis Dó-mi-
ne mi-se-ri-cór-di- am tu- am : et sa- lu-tá- re
tu- um da no- bis.
1508:8v; 1513:4v.
002-08.
℣. Be-ne-dix-ís- ti Dó- mi- ne ter-
ram tu- am : a-vertís- ti capti-vi- tá- tem
Ja- cob : remi-sís- ti i-ni-qui- tá- tem ple- bis
tu- e.
1508:8v; 1513:4v.
002-09.
℣. Mi-se- ri-córdi- a et vé-ri- tas




*Secreta.*

Placáre quésumus Dómine humilitátis nostra précibus et hóstiis : et ubi nulla suppétunt suffrágia meritórum : tuis nobis succúrre presídiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

*Prefatio quotidiana.*

GS:3; 1508:8v; 1513:4v.




002-11.

*Postcommunio.*

REfécti cibo potúque spirituális alimónie súpplices te Dómine deprecámur : ut hujus participatióne mystérii dóceas nos terréna despícere et amáre celéstia. Per Dóminum.

## ☾ *Feria iiij.*

*Lectio. Zacharie prophete. viij.* [3-8.]

HEc dicit Dóminus Deus [199] exercítuum. Revérsus sum ad
[*5r.*] Syon : et habitábo in médio Hierúsalem : et vocábitur Hierúsalem cívitas veritátis : et mons Dómini exercítuum, mons sanctificátus. Hec dicit Dóminus Deus [200] exercítuum, Adhuc habitábunt senes et anus in pláteis Hierúsalem : et viri báculus in manu ejus, pre multitúdine diérum. Et plátee civitátis complebúntur infántibus : et puéllis ludéntibus in pláteis ejus. Hec dicit Dóminus exercítuum, Si difficíle vidébitur [201] in óculis reliquiárum, pópuli hujus in diébus illis : numquid in óculis meis difficíle erit dicit Dóminus exercítuum ? Hec dicit Dóminus exercítuum, Ecce ego salvábo pópulum meum de terra oriéntis, et de terra occásus solis : et addúcam eos et habitábunt in médio Hierúsalem : et erunt michi in pópulum : et ego ero eis in Deum in veritáte et justícia : dicit Dóminus omnípotens.[202]

*Secundum Matheum. xj.* [11-15.]

IN illo témpore. Dixit Jesus turbis Judeórum et discípulis suis, Amen dico vobis : inter natos mulíerum non surréxi[203] major Johánne baptísta. Qui autem minor est in regno celórum : major est illo. A diébus autem Johánnis baptíste usque nunc regnum celórum vim pátitur : et violénti rápiunt illud. Omnes enim prophéte et lex usque ad Johánnem prophetavérunt. Et si vultis recípere : ipse est Helías qui ventúrus est. Qui habet aures audiéndi áudiat.

# ¶ *Feria. vj. dominice secunde adventus.*

*Lectio Isaie prophete. lxij.* [6-12.]

HEc dicit Dóminus Deus. Super muros tuos Hierúsalem constítui custódes : tota die et tota nocte in perpétuum non tacébunt. Qui reminiscímini Dómini, ne taceátis : et ne detis siléntium ei donec stabíliat : et donec ponat Hierúsalem laudem in terra. Jurávit Dóminus in déxtera sua : et in bráchio fortitúdinis sue, Si dédero tríticum tuum ultra cibum inimícis tuis : et si bíberint fílii aliéni vinum tuum in quo laborásti. Quia qui cóngregant illud cómedent et laudábunt Dóminum : et qui compórtant illud bibent in átriis sanctis meis. Transíte, transíte per portas : preparáte viam pópulo, planum fácite iter et[204] elígite lápides : et eleváte signum ad pópulos. Ecce Dóminus audítum fecit in extrémis terre, Dícite fílie Syon, Ecce Salvátor tuus venit : ecce merces ejus cum eo : et opus ejus coram illo. Et vocábunt eos pópulus sanctus : redémpti a Dómino. Tu autem vocáberis quésita cívitas : et non derelícta.

*Secundum Johannem. j.* [15-18.]

IN illo témpore. Johannes testimónium perhibébat de Dómino : et clamábat[205] dicens, Hic erat[206] quem dixi qui post me ventúrus est : ante me factus est : quia prior me erat. Et de plenitúdine ejus nos omnes accépimus grátiam[207] pro grátia : quia lex per Móysen data est : grátia et véritas per Jesum Christum facta est. Deum nemo vidit umquam. Unigénitus Fílius qui est in sinu Patris : ipse enarrábit.[208]

# Dominica tertia adventus.

*Ad missam.*

GS:4; 1508:9r; 1513:5r.[209]

